NATIONAL LIBRARY OF MEDICINE
Bethesda, Maryland

IC.1676.13 H.14153

# In presenti libello cōtinentur duo singulares et perutiles tractat⁹ quoꝝ primus est De salute corporis quē edidit excellentissimus ac probatissimus medicine Doctor dn̄s Guihelmus de saliceto ad inclitū Alfonsum Arrogonie et Cicilie Regem. ¶ Secundus ꝟo tractatus est de salute anime. Hūc miro quodam ac diuino magis ꝙ̄ humano artifitio cōposuit Reuerendissimus pater dominus Cardinalis de turre cremata ordinis predicatoꝝ sacrepagine doctor eximius.

¶ Titulus primus horum duorũ tractatuum.

¶ Ad inclitũ alfonsum arrogonie et cicilie regẽ tractat⁹ de salute corpis editus bononie per insignẽ virum dñm Guilhelmũ de saliceto medicine doctorem famosissimuz Incipit feliciter.

[S]Alus corpis potissime cõsistit in cõseruatõe sanitatis. [C]onseruatio aũt sanitatis in debita cõmensuratõe sex rer innaturaliũ a quib⁹ tota dependet sanitas. vt tertio tegni asserit Galienus. que sunt Aer. cib⁹ potus sompn⁹ vigilia. Motus quies. Repletio inanitio. et accidentia anime. Iccirco ego Guilhelmus de saliceto medicinaliũ doctor studij Bononiensis minim⁹ ad honorẽ dei et zelum publice vtilitatis. instante quoq. immo iubẽte inclito arragonũ et cicilie rege. tractatũ de salute corporis breuiter atq vt spero non inutiliter scribere adorior. imitãdo vestigia predecessor meor. maxime vero preceptoris olim mei dñi. p. de tussignano nihil ei derogando. sed honorando potius eumq insequẽdo cũ additionib⁹ multis. Scripsit eñi tractatũ de ea re optimũ. et pulchra sunt que scribit atq vtilia. sed generalia satz. ego vero magis ad particularia descendã Procedit autez dictus preceptor meus ordinate ad modum per certas regulas iuxta numer sex rer innaturaliũ predictaruz. et nos similiter in his additionib⁹ nostris ita faciemus, suasq hmõi regulas ⁊ sua verba omnia fideliter prout iacent ad longũ recitabim⁹ et post quãlibet regulam quod nostrũ est per modum additionũ subiungemus.

¶ Prima igitur sua regula de aere talis est.

NLM

Uamuis non sit tanta vis in electione aeris tpe sano sicut tpe epidimico. consulti⁹ tñ est morari in bono et puro aere semoto a stagnis et locis palustribꝫ q̄ꝫ in ꝯrio. Aduertēdū etiā ꝙ pniciosa res ē et male ꝯñe hr̄e cloacā p̄sertim fetidā iuxta camerā. inde em̄ pt causari febris pestilentialis. in quo multi male sciunt curare. ☞ Additio. Cōueniens et necessariū est vt corpora sana morant̄ in locis in quibꝫ calor nō sit ita fortis ꝙ hūiditatē corpis in sudorē resoluat. Nā talis resolutio facit calorē et spūs exalare. ꝛ ꝓterea totū corp⁹ debilitat et p̄parat ipm ad egritudines et syncopim. Similiter nō debet esse frig⁹ tāte intēsionis vt ex eo corpa cōtrahant̄ et horripulent̄. qꝛ tale frigus p̄parat ad extinctōem finaliter caloris naturalis et mortificatōem membroꝝ et corruptōem digestionis. Terra et māsiones nō sint humide nimis neqꝫ molles neqꝫ palludinose neqꝫ puluerulēte. sed sint inter has dispositōes medie. Igitur si loca fuerint nimis calida vel frigida. temperent̄ cū cōtrario. Et si sint puluerulenta et sordida cū aqua talia loca rorāda sunt. vt ex tali roratōe temperamentū recipiant. Si ṽo sint humida palludinosa aut mollia. morandū est sup solaria et loca alta. et exsiccent̄ loca cū igne suffumigationibꝫ de thure mytra et similibꝫ. Et hoc est ꝙ vult. Ga. in libro tegni capitulo de causis vbi dicit ꝙ oēe immoderatū reducit̄ ad moderatū p immoderatū contrariū. Māsiones ṽo exercituales si q̄s cogeretur stare in cāpo sic ordinent̄ Tentoria debēt multū separari ab inuicem. et reuolui porte versus septentrionē si est estas. si ṽo est hyems ecōtrario. Et si herbe mali odoris ibi fuerint vel cadauera aut alie res fetide cōburant̄. qꝛ ignis remouet oēm malitiā et fetorem a rebus.

## ¶ Scd̄a regula de Cibo et potu.

Cribit isaac in libro viatici. Conseruator sanitatis stomachū custodiat. ne cū cibꝫ sit ei necessari⁹ ipm ꝓhibeat. neqꝫ ei vnq̄ꝫ plus det de cibo vel potu quam digerere valeat. Quesitū em̄ fuit a Galieno que nā esset medicina ꝑfectior. q̇ respōdit abstinētia. Que est duplex. vniuersalis videlicet et particularis. vniuersalis vt hō totaliter abstineat a cibo ꝛ potu donec appetit⁹ sensibiliter vel rōnabiliter confortet̄. Et dico rōnabiliter. aliqñ em̄ cōtingit ꝙ a calore fundi stomachi in ieiuno fumi et vapores resoluunt̄ impedientes orifitiū stomachi vb. viget virt⁹ appetitiua. et causant ibi repletōez siue saturitatē fantasticā. vñ sumpto pauco cibo fumi deponūtur et virt⁹ appetitia confortat̄. Ecce ꝓpter hāc cām nō est bonū vltra modū ieiunare. qꝛ stomachus exinanit⁹ attrahit sibi ab oībꝫ mēbris diuersos humores q̇ corrūpunt̄ in ea et sunt cause multaꝝ egritudinū. vt ait Gal'. Sed particularis abstinētia est abstinere a rebꝫ similib⁹ cōplexioni. sicut coleric⁹ ab allio pipere. et vino forti: ceterisqꝫ rebꝫ calidis et siccꝫ. flegmatic⁹ a rebꝫ flegmaticis. ꝛ c̄tis. Rō aūt quare antiq̄ iusserūt tā paꝝ comedere est vt calor naturalis dominet̄ rei digestibili Nā si in comestione passiuū ꝑdominet̄ actiuo. generat̄ fastidiū qđ est magnū p̄paramentū ad sanguinē corrūpendū. ꝛ ad malos humores ꝛ

morbos generandum)

☞ Additio. In mensuratōe cibi et potus oportet cōsiderare quātitatē. qualitatē. consuetudinē. et regionē. De his duobꝫ vltimis ait Auicenna li. i. ca. de eo qd cōmedit et bibit. Regiones habent ꝓprias naturas et vsus sunt res extra rōem et in hoc experimentū vincit rōem. Dicit etiā ibidē. Est nanqꝫ cibꝫ qui solet cōmedi in quo existit aliqd nocumentū melior cibo bono nō visitato. Cōcordat ipo. scda particula amphorismorū dicēs. Ex multo tpe consueta. et si fuerint deteriora insuetis. minꝰ molestare consueuerūt. Et iterū in alio amphorismo. Assueti assuetos ferre labores. et si fuerint senes debiles fortibus iuuenibꝫ facilius ferunt. Preterea regio frigida meliꝰ et cū minori lesione sustinet errores comedendi et bibendi qꝫ regio calida. eo q natura in regione frigida fortior est qꝫ in calida et ventres calidiores et oia interiora in tpibus frigidis. De quibꝫ ait ipo. prima particula amphorismorū. Ventres vere et hieme calidissimi sunt natura. Silr dicimus de regionibꝫ. Quātitas cibi et potus taliter mēsurari debet ne stomachus venter aut ipocūdria tensione grauenter. Qualitas primo mensuratur p saporē. vnde Auicen. li. i. ca. de eo qd cōmedit et bibit. Nutriens melius est quod melius sapit dūmodo bone fuerit sube. Scdo ex cognitione complexionis ꝛ cōpositionis eiꝰ qui regitur. quia si fuerit complexionis calide et compositiōis rare. regat cum calido habente aliquā viscositatē moderato vsu. Silr em augmentat et confortat suū simile. dūmodo vsus sit temperatꝰ. Si vero non sit tpatus facit suū simile furere. Et quod dictū est de vno genere cōplexionis et cōpositionis intellige de omnibꝫ alijs.

## Tertia regula de somno et vigilia.

☞ Non est bonū immediate sompto prādio dormire. Si vero dormiendū est. tunc parū dormiat. et longe a prandio. Alioquin sequeret capitis dolor. indigestio stomachi. et reuma. Ergo dormire coactus remota zona et calciamentis primo p dimidiā horā sup latꝰ dextrum quiescat. et p aliā dimidiā sup sinistrū. donec hora finiat et nō ampliꝰ ob cām pdictā. Et scitote q dormitio ante prādiū macillentū reddit corpus. qꝛ humiditatē eiꝰ exsiccat. sed post refectōez impinguat. Quilibet aūt pcipue refectꝰ semp teneat in tpe dormitōis caput eleuatum et pectus. ne cibus redundans ad orificium stomachi ipsum aggrauet et per consequens caput et mēbra spiritualia inde ledant. ☞ Additio. Quamuis somnus diurnus vituperetur nocturnus vero sit naturalis et a phisicis approbatus. si tamen hoc nocte vigilauerit propter causas commode potest dormire in die. maxime si fuerit consuetus. Naꝫ consuetudo in talibus malitiam remouet. Preterea somnus debite factus aufert dolorez et lassitudinem aquisitam ex labore et vigilijs et impinguat corpꝰ. maxie cū tpe fuerit tpatus. Si vero prolixus ꝛ nimius fuerit reddit corpus lassum et pigrum et superfluitatibꝫ plenū.

## Quarta regula de motu et quiete.

☞ Scitote q duplex est motus siue exercitiũ scz temperatũ seu equale quod toti corpi prestat calorem temperatũ siue equalem .i. nõ excedentẽ. et tale exercitiũ in splendide ꝛ quiete viuentibus cibũ preocupare dz. Nã ꝑ ipm calor natural' mouet a centro ad circũferẽtiã et excitat in toto corpe. q adiut' per calorẽ acquisitũ ex pte exercitij hũiditates supfluas sub quibus latitabat in toto corpore cõsumit. quib' cõsumptis ipse calor naturalis fit acutior ad digestionem celebrãdã Ecce q̃ vtile est tale exercitiũ p quod etiam corpus humanũ a medicinis laxatiuis excusatur. si fiat quomodo ꝛ qñ oportet. Aliud est exercitiũ inequale seu intemperatũ. illud prestat toti corpori calorẽ inequalẽ id est excedentẽ et in fine infrigidat et exsiccat. Cuius ratio est quia per ipm multũ cõsumitur de calido et humido naturali. et ita debilitat virtutem naturalẽ in membris. que ꝟtus in calido et humido cõsistit. ut ait phs. Tale igitur exercitiũ non cõpetit in regimine sanitatis. Si tñ per errorem cõtigerit substrahi' debet de cibo. et addi de potu. eo q potus facilius digeritur q̃ cibus. vt patet in viatoribus. Quod tamẽ intellige de tali potu qui simul est cibus et pot' et nõ de aqua que est potus tantũ. Ipsa eni aqua post tale exercitiũ esset venenũ scdm Auicennam. extinguendo scz calorem et ipm mortificãdo in membris principalibus que st̃. cor. epar. cerebrũ. Aduertendũ tamen q exercitiũ equale frequentius debet fieri in hieme et in vere q̃ in autumno vel estate eo q superfluitate plus abundant in illis tpib. qz etiã in estate ꝛ autũno multa fit cõsumptio hũiditatuz a calore aeris ꝛ aptione pororum. nec tãtũ comedit in illis tpib sicut in hieme et in vere. Nõ tñ excludo qn tũc debeat vti exercitio equalẽ sed nõ ita frequẽter sicut alijs duob tpib. rationib adiũctis.

☞ Additio. Cõcordat almãsor. li. iiij. ca. de mẽsuratõe motus. vbi dicit q mot' mediocris añ comestionẽ excitãdo calorẽ ꝛ remouendo supfluitates a corpe pparat stomachum ad recipiendũ cibuz cũ auiditate et ipm digerendũ. et ideo añ comestionẽ est sanitatis cõseruatiuus. sed post comestionẽ qz facit calorẽ naturalẽ ad exteri' exalare spũs debilitãdo. ꝑistã viã ꝟtutes naturales et digestionẽ corrũpit. ꝛ ꝟm hoc est infirmitatis generatiu' Suauis ꝟo et debilis et paruus et tard' et curt' post comestionẽ adiuuat ad meliorẽ et citiorẽ descẽsum cibi ad fundum stomachi. Hoc etiã vult Auicenna. primo canone capitulo de eo qd comedit et bibit.

## Quinta regula de repletione et inanitione

☞ Anteq̃ eatur ad mẽsam quãtũ possibile est supfluitates ꝑcedẽtẽ digestiõis expellant. ne fiat comixtio puri cũ impuro. neue stomachi et intestinoꝝ ꝟtus cõturbet Et ꝟm Aristotilẽ qtuor sunt cause multaꝝ egritudinũ scz diuersitas ferculoꝝ. plõgatio mẽse. indebita masticatio. et nimi' ac frequẽs pot' in mẽsa. Primo qñ varia comedũtur fercula tũc forsan ꝑmũ est durioris digestiõis mediũ aũt facilis. tertiũ ꝟo mediocris. ꝛ sic fit altricatio cibarioꝝ. vñ varij diuersiq generant humores. et natura multũ laborat digerẽdo. Scdo in plõ

gatōe mēse primū qn̄qȝ ꝑus digerit̄ et in feces vertit̄ q̄ȝ vltimū inci
piat digeri. et tūc digestū trahit indigestū ad ipm̄ eparq̄ est prince-
ps operȝ et coc⁹ nature. Tertio necessaria est ꝑfecta epularꝫ mastica
tio. Natura eñ dentes ordinauit vt cōterent cibū atqȝ mollificēt an
teq̄ȝ ad locū digestiōis videlicet ad stomachū trāsmittat̄. Qui ꝟo nō
ꝯterit epulas suis dentib⁹ ꝑfecte masticādo is naturā sui corpis mul
tū defraudat. sibiqȝ multas ac varias ꝑparat passiōes. Hinc ē q̄ vo-
races ⁊ gulosi sepenumero egrotāt. raroqȝ vel nunq̄ȝ ad naturā ꝑue
niūt senectutē. Quarto nimi⁹ ac freq̄ns pot⁹ impedit digestionē quē
admodū supfundere aquā olle bullīēti impedit ei⁹ feruorem Semel
tñ in die comedere esset laudabile quo ad aliquos vt sunt pingues ⁊
flegmatici hñtes meat⁹ latos. secus ꝟo est de colericis macrib⁹. cali-
disqȝ ⁊ siccis corpib⁹ hñtibus meat⁹ strictos. vt ait Auicen. Vel sal
tem si bis comedēdū ē. sit ip̄a cena modica in om̄i tp̄e Ter aūt in die
comedere om̄ino fugiēdū est Juxta illō Qui semel ē iust⁹. q̄ bis vir.
bestia q̄ plus Ergo annūtio vob q̄ infiniti moriūt̄ ex repletōe nimia
pauci ꝟo ex ieiunio vl' inanitōe. Juxta illō. Excessus facim⁹. sȝ nos
annosqȝ voram⁹ Caueat aūt cōseruator sanitatȝ in q̄cunqȝ refectōe
comedere vsqȝ ad sacietatē. q2 valde nociua est tal' comestio in q̄ nō
sentit̄ aliq̄s loc⁹ vacu⁹ in stomacho Szilla deterior q̄ temperamētū
egredit̄ et in stomacho natat. Surge ḡ de mēsa cū aliq̄li esurie que
mox sublatȝ epulis euanescet Et si aliq̄ die excessum fuerit tūc seq̄n-
ti die comedat̄ et bibat̄ famelice. ne fastidiuȝ generet̄. ☞ Additio
Balneū est de gn̄e repletōis Nā si fuerit tepidū ⁊ fiat post refectōeȝ
cū cib⁹ digest⁹ est in stomacho corp⁹ impinguat Est etiā de gn̄e ina
nitōis Nā si fiat añ refectōem seu corpe inanito. et hoc est post oēm
digestionē. et post mūdificatōem egestiōis et vrine. et sit calidū suf-
ficiēter. et in eo hō sudauerit. et fricatōem in eo multā sustinuerit. cor
pus extenuat et desiccat. magȝ aūt si in eo dormierit Qd̄ dr̄ in regu
la Semel tñ in die comedere laudabile eē. Cōcordat Gal. in de inge
nio sanitatȝ dicēs q̄ oīs hō san⁹ inter diē et noctē ad minus semel. ⁊
ad pl⁹ bis. mane scȝ ⁊ vespe comedere dȝ Sȝ qd̄ meli⁹ et temperati⁹
oīb⁹ hoīb⁹ existit ē vna die comedere semel ⁊ hoc circa meridiem et
post tertiā. et alia diebis añ tertiā videlicet ⁊ in vespis. ⁊ sic cōtinu
are hāc alternatiuā. et in hoc cōueniūt oēs phici Sȝ comedere semel
corpib⁹ magȝ extenuatȝ vt colericȝ vel melācolicȝ incōueniēs ē ⁊ in-
utile valde Colericȝ ꝓpter nimiā acuitatē q̄ resoluit humiditatē sub
stātialē ⁊ sudorē Melācolicȝ ꝓpt̄ debilitatē ꝟtutȝ naturalis et calo
ris etiā q2 ꝓpt̄ crudelitatē mēbrorꝫ vētocōsumunt̄. Quorꝫ virt⁹ debil'
mltū cibū vnica vice sumptū digerere et rectificare nō pn̄t Comedat
ergo melancolicus bis in die et parū qualibet hora.

## Sexta regula de accidentibuȝ anime.

Scitote insup q̄ gaudiū nimiū nimiaqȝ ira pariformiter euitari de-
bēt. Nā cito appet eorꝫ mala et perniciosa impssio ☞ Additio. Ut
vult almāsor ca. de cōseruatiōe sanitatȝ Gaudiū tpatū qd̄ fit cū ꝑui-

ſione ꝛ nõ ſubito excitat naturã ꝛ cõfortat oẽs ꝟtutes aĩales ꝛ naturales ꝛ ſpũs adiuuat ſanos ad oẽs actões meli⁹ ꝛ nobili⁹ faciẽdas ꝓpť hoc bonũ ẽ oĩb hoĩb niſi indigẽtib minoratõne carnis. qꝛ gaudiũ multiplicat carnẽ in corpe ꝛ hũiditatẽ Gaudiũ ꝟo qḋ ſubito et abſqꝫ ꝓuiſiõe fit. qꝛ ſubito inducit euẽtatõez in ſpũalib et calore c… ſtẽte circa cor facit ſpm̃ et calorẽ exalare abſqꝫ reditu ad cor. ꝛ ſic ſubitã mortẽ inducit. Ira ꝟo inflãmãdo ſpm̃ et calorẽ in corde ſi pſeuerauerit inflãmat cor et mẽbra ꝛ facit poſſidere febrẽ. ꝛ ſpecialiť ſi hõ fuerit calide nature. ꝓpterea tales p̄cipue abſtiere dñt Irites ãt cor frigidũ et cõplexionẽ frigidã cõfortat. niſi nimia et cõtinua fuerit nimiſqꝫ pſeuerauerit. vñ talib aliqñ vtilis cẽſeť Ampli⁹ nimia cura triſtitia et ſollicitudo carnẽ et ſpũs diminuũt et fatiũt hoiez melãcolicũ et immobilẽ. oẽſqꝫ opatões aĩales et naturales dirimunt ac deſtruunt Et iḋo hõ q̇ ſan⁹ viuere deſiderat dꝫ eas vitare ꝓpoſſe niſi dũ intẽdit minorare carnẽ et hũiditatẽ corpis vt dictũ eſt. et per carnem multiplicatã timet ne infirmitates incurrat.

## Ultima regula de quattuor anni temporibus.

Bſeruãda ſũt q̈ttuor anni tpa q̄ ſũt ver. eſtas. autũn⁹. ꝛ hiems Uer incipit in medio martij durãs vſqꝫ ad mediuz iunij ꝛ ẽ calidũ et humidũ aereũ. ꝛ in eo ẽ germinatio ſanguis eo q ẽ tpate nature Uñ in eo tpe expedit comedere pullos gallinarũ. turtures. oua ſorbilia. et lactucã cũ aceto. lac caprinum. et piſces aſpratiles cõditas cũ ſpeciebꝫ aromaticꝫ. Et nullũ tps apti⁹ ẽ fleubothomie ſudori medicinis laxatiuis et ceterꝫ purgamentꝫ Nã q̇cq̇d erroris medicine ex cura vel fleubothomia in alijs tpib accidit. hoc tps verꝫ ſuo tpamẽto et ſua nobilitate reſtaurat. Eſtas incipit i medio iunij durãs vſqꝫ ad mediũ ſeptẽbrꝫ. et ẽ calida et ſicca ignea In q̊ tpe excitať q̇dã humor q̇ dr̃ colera rubea Quare cauẽdũ ẽ ab omni eo qḋ ẽ calide et ſicce nature ab eſu et potõe calidis. et a nimia ſaturitate p̄cipue in h̄ tpe ne extinguať calor naturaľ Comedať q̇cq̇d fuerit frigide et humide nature. vt carnes vituline cuꝫ aceto. cucurbite et pulli ſaginati ex farina ordeacea. et fructib acetoſis Uen⁹ coherceatur ꝛ mot⁹ ſiue exercitiũ nimiũ et balnea modice fiãt. Autũn⁹ incipit in medio ſeptẽbrꝫ durãs vſqꝫ ad mediũ decẽbris Frigid⁹ ẽ ꝛ ſiccus terre⁹. in q̊ gñať colera nigra. melãcolia Utẽdũ ẽ reb calidis ſꝫ et humide nature. vt ſunt pulli agni. vue dulces. vinũ vet⁹ ꝛ ſubtile et ſiĺib Exercitiũ in h̄ tpe et balnea et purgatiões magꝭ ꝑmittuť q̄ꝫ in eſtate Hiems incipit in medio decẽbrꝫ durãs vſqꝫ ad mediũ martij Frigida ẽ ꝛ humida aq̄a. in q̊ tpe gñať flegma Utendũ ẽ ĝ reb calidis et ſicce nature. vt pulli colũbaꝝ. et arietũ ca… nes ꝛ aſſature ꝛ vniuerſa pinguia. fic⁹. nuces. vinũ rufũ optimũ. et olera Abſtineať a ſolutõe vẽtrꝫ et fleubothomia niſi neceſſitate vrgẽte Exercitiũ moderatũ in h̄ tpe plurimũ cõmẽdať Hec habui q̄ dicere de regimĩe ſanitatꝫ a radicib ꝑhice ꝟitatꝫ ſumpta. aduerſ⁹ q̄ ſi q̇ſq̄ volet arguere

garrul⁹ ille erit poti⁹ q̄ꝫ disputator Ea ꝓo si custodierint hoīes. sani ꝑfecto ꝛ lōgeuo tp̄e viuēt Sin min⁹. nō medicꝫ. nō arti medicīe. sꝫ stultitie sꝫ inobediētie sꝫ sue negligētie ascribāt. ☞ Additio. Que si in oīb⁹ obſuare nolint. q̄ ad aliq̄ saltē id fatiāt Ea em̄ q̄nto meli⁹ p̄..osiusꝗ obseruauerint. tāto melior ē p̄ciosiorēꝗ sanitatē mūdiorem senectutem et vitam longiorē sortientur.

## ¶ Particula scd̄a huius opis.

☞ De pnosticꝫ seu puisione futurarū egritudinū ex signis antecedētib⁹. et de cōsilio p̄seruatiuo ab eisdem egritudinib⁹.

D salutē corpis duo p̄ncipalit̄ reqrūt̄. scꝫ cōueniēs ordiātio sex rerū inaturaliū d̄ q̄ statim diximus Aliō ē puidere p signa sup futurā egritudinē ne eueniat: aut absqꝫ forti lesiōe eueniat cū q̄ ſm tractatū salutꝫ corpis seu cōſuatōis sanitatꝫ fatiem⁹ Nā hec scd̄a ps ē valde vtil' i regimīe sanitatꝫ ꝛ i omī opatiōe q̄ depēdet ex ſuſo. vt vult ipo. in ꝓlogo pnosticorū Igit̄ si dolor capitꝫ vl' emigrea fortꝫ ꝛ māsiu⁹ fuerit cauēdū ē ne humores ad ocl'os descēdāt ꝛ dilatarēt pupillā ꝛ generēt i oculo seu ocul' maculas malas seu telā aut cataractā Etsi cū medicinis medificatis capitꝫ ꝛ alterātib⁹ malā dispositōez puideri ñ poterit recurrat̄ ad capitulū ꝓp̄e egritudinis.

☞ Salt⁹ fatiei si pseuerās aut mlt⁹ fuerit ꝛ fortꝫ. orꝫ torturā p̄tēdit vicinā Prouideat̄ cū solutis fortit̄ ac vomitis Facies q̄ꝫ infirmi cū forti aceto in q̄ mētastrū sit decoctū fricari dꝫ ꝛ comestio minuenda ac subtiliāda A vino p̄terea oīno abstiere. gargarismis fricationib⁹ purgatōib⁹ ꝛ sternutatōib⁹ vti dꝫ patiēs Toti⁹ ꝓo corpib⁹ salt⁹ mlt⁹ tus ꝛ diu pmanēs spasmū pnosticat In h̄ cāu fortit̄ euacuare cōuenit corp⁹ ꝛ total'r fricare ꝛ calefacere: ꝛ regimē oīno subtiliare ꝛ medicias fortit̄ calefatiētes admīstrare Stupor ꝛ mēbrorū debilitas in aliq̄ p̄te p̄tēdit paralisim Subtiliādū ē regimen cū ista ceperint apparere. ꝛ cū medicis calefatiētib⁹ q̄ fatiāt ad paralisiꝫ puidēdū Rubedo fatiei ꝛ oclorū atqꝫ maīfestatio venarū i ipis ꝛ descēsus lachrīarū. ꝛ īpotētia patiēdi lūīs claritatē si ista affuerint cū forti dolore capitꝫ frenesiꝫ pnosticāt Prouideat̄ cū ifactōe toti⁹ corpis cū oleo rosaceo mixto cū aceto ꝛ cū fleubot..omia vene capitꝫ ꝛ basilice. ꝛ cū medicia colerā mūdificāte vt ē medicia f̄cā ex scamonia. aloe. mirabolanis citris ꝛ silib⁹ vl' cū alia medicia magꝫ tpata ꝛ min⁹ pic'losa vt ē medicia f̄cā ex tamarindis māna castiafistula succo rosarū ꝛ silia. ☞ Incub⁹ ꝛ ꝓtex si pseuerēt ꝛ fortes fuerint epilēsiā p̄tēdunt. Prouideat̄ cū forti medicia ꝛ medificatōe f̄cā ex pillul' fetidis ꝛ ex melle seq̄litico vl' cōposito dato cū triplo aq̄ decoctiōis isopi ciperi. achori capari..n et peonie. et aliquando cum tiriaca.

☞ Tristitia absqꝫ manifesta cā diu pmanēs pusillamitas atqꝫ tior ꝛ cordis maligtas atqꝫ despatio melācoliā ſ..āt Succurrat̄ cū his q̄ dicēt̄ in ca. d̄ melācolia: ꝛ accipit̄ h̄ melācolia p egritudīe ñ p humore. ☞ Si ira ꝛ furor cū stabilitate pseuerauerit ꝛ tp̄s multū cōtinuauerit maniā ſcat Succurrēdū ē cū reb⁹ ꝯferētib⁹ ad maniā ꝛ demoniacā passionem. Cum aliq̄s circa oculos quasi muscas volare

vel in circuitu eoꝝ que aspiciunt fumū aut vaporē viderit. principia
descēsionis aque ad oculos innuit. Prouideat cū medicinis huius ca
pituli scz aque descēsionis ad oculos. ☞ Catarr⁹ et corizior si freqn
ter euenerint et pseuerauerint. timendū est neptisis vel asma vel passi-
ones pulmones eueniāt. Ideo in breui succurrendū est cū medicinis
suoꝝ capituloꝝ. ☞ Sudor mult⁹ atq; pseuerans absq; causa mani-
festa corpis significat repletōem. Vñ ipocras q̃rta particula amphō-
rismoꝝ Sudor mult⁹ et somno absq; manifesta causa fact⁹ significat
qm̄ corpus plurimo vtitur nutrimento. si vero cibū non accipiēti hoc
fiat significat qm̄ euacuatōe indiget. Subueniat cum abstinētia aut
fleubothomia. Si aūt sudor fetid⁹ fuerit. tunc febrē vicinā significat
Subueniendū est cū reb⁹ medificantib⁹ coleram. ☞ Tremor cordis
frequēs ptendit mortē subitaneā. Cū fleubothomia et vētris solutiōe
succurrat. et specialiter cū reb⁹ mouentib⁹ humores adustos et melan-
colic⁹ venenosos. vt sūt polipo. sene. epithimati elebo. nigꝝ. ꝛ similia.
☞ Repletio supflua et nimia timores Omoptoice passionis id est
emissionis sanguinis cū vomitu stomachi in futuro p̄ter timorē appo
plexie et mortis subitanee affert. Statim cū fleubothomia succurrat.
Sensuū pturbatio ac motuū debitatio si cū repletione fuerit futuraꝫ
nūtiat appoplexiā Succurrendū est cū fleubothomia purgatione et
gargarismo. Grauitas si in dextro latere fit apud costas posteriores. id est
est apud costas impfectas et curtas... punctura atq; tētio epatis signi-
ficat lesionē. Subueniat prout in capitulo de egritudinib⁹ epatis.
☞ Facies et palpebre si inflate fuerint idropisim et cacesiam signifi-
cat. Cacesia est mala habitudo p̄cedens idropisim. ☞ Egestio plus
tincta solito icteritiā significat. Sz si fuerit alba sicut egestio canis
significat icteritiā cū opilatōe. que deopilantia requirit.
☞ Egestiones liq̄de indigestionē significāt et malaꝝ in stomacho ꝛ
epate dispositōem. vel mūdificatōem maloꝝ humoꝝ exeuntiū in ve
nis. seu cursum humoꝝ ex venis ad intestina mediantib⁹ meseraicis q̄
cōtinuant cū sima vel cōcauitate epatis et ipis intestinis. ☞ Mollis
egestio fatiens ani adustionē aut puncturā dissinteriā demōstrāt futu-
ram. ☞ Succurrat cū medificatiuo et alteratiuo colere vt sunt mi-
rabolani citrini. et similia. ☞ Pruritus ani futuras emorroidas signi-
ficat. specialiter si prurit⁹ ille fuerit absq; causa vermiū in loco exītiū.
☞ Urina fetida putrefactōeꝫ in epate et venis significat et q̄ se. eue
nire debet seu vlceratio in vesica aut vijs vrinalib⁹. ꝛ hoc p puncturaꝫ
loci distinguit. ☞ Urine ardor diu pseuerans vesicam et virgā pu-
stulis hereditabit. ☞ Lassitudo et dissolutio membroꝝ cum destru-
ctione appetit⁹ febrē significat futurā. ☞ Quando aliq̄s sentit pun-
cturā p totū corpus ad modū acus et cū hoc habuerit extēsiones abs-
q; volūtate significat semp postulas subitaneas. Succurrat cū fleubo-
thomia et ventosatōe. ☞ Cōmotio cōtinua sub cute cum ardore ꝛ
aliqua opilatōe febrem interpolatā significat. Succurrendū est cum
mūdificatōe. ☞ Fractio membroꝝ cū dissolutōe absq; causa extrin

seca et cū obumbratōe visus et oīm sensuū et debilitate appetit⁹ febrē
continuā significat. Cū fleubothomia succurrat statim anteq̄ supue-
niant. Destructio appetit⁹ et nausea colicā innuit. Succurrendū cū
clisteri somno et abstinētia. Multus rubor faciei cū obscuritate ꝛ an-
helitus augustia. et vocis raucedo leprā incipientē iā accidere timere
f[ac]iūt. Succurrat statim cū medificatiuis adustoꝝ et alteratōis vt sūt
medicine elebo. nigri. polipo. sene. epithi. et similib⁹. Similiter quan
do quis pruritū siccū habuerit ꝑ totū corpus et cū hoc senserit punctu
ras ad modū acus et formidatōes quasdā ꝑ totū corpus. ꝛ faciē cū ocu
lis obfuscatā habuerit. leprā futurā significat. Succurrat velociter vt
supra. cū reb⁹ conferrentib⁹ ad leprā ne cōpositio cū mala cōplexiōe fir
metur. Si in vere squinantia multos inuadat repletōem significat ꝛ
multiplicatōem male materie. Succurrat cū fleubothomia et vento-
satione. ventris solutōe. abstinentia. et gargarismis factis cū rob nucū
et moris et similib⁹. ☞ Cunq; in hyeme appoplexia paralisis et si-
miles egritudines fuerint multiplicate significat repletōem ex mate-
ria frigida multiplicata peccato aeris corrupti ꝑ nimiā humiditatem
Remoueat materia subito et cōtinue cū pillulis fetidis et similib⁹ cū
sternutationib⁹ et abstinētia a cibo et potu. ☞ Quādo medic⁹ esta
te dispositōem aeris cōsiderauerit et viderit q̄ multe eueniūt pluuie.
nubes quoq; et pluuiaꝝ multitudo die ac nocte ꝑseuerauerit. ac meri-
dionales multi venti exflauerint vel aer etiā ita quietus fuerit vt non
moueatur. et cū hoc etiā meridionalis ventus turbid⁹ existit. aerē pe-
stiferū ꝑ caliditatē multiplicatā. cū humido significat. Succurratur
prout in sequenti tractatu docebitur.

## ¶ Particula tertia et finalis totius operis.

☞ De cōsilio ꝓseruatiuo et curatiuo cōtra pestilentiā variolos mor-
billos ignē persicū et apostemata subito interfitiētia.

Antidotū pestilētiale est duplex ꝓseruatiuū et curatiuum.
Preseruatiuū etiā duplex. dietale et medicinale. De qui-
bus omib⁹ sed prius de regimine dietali sex rerū innatura
liū predictaꝝ seruato ordine tractabim⁹. ☞ Primo. Aer corruptus
fetidus vel infect⁹ euitet pro posse. Dom⁹ sit septētrionalis poti⁹ q̄
australis. Camera sit in ede non inferior reumatica neq; etiā superior
Tpe turbido et nebuloso nō est bonū ire ꝑ villam. sed cū aliquo occu-
pari infra domū in qua sint pauci. ☞ Scdo: Carnes grosse ꝛ visco-
se euitent. et pisces ꝑ posse. et acrumina vt cepe et allea et hmōi. De ce
petū cū aceto aliquādo parū sumat. q2 generat humorē corrodentē ve
nam vt vult Auicen. in. ij. et hoc sit raro. Fiant saliamenta et potagia
cū aceto et succo citri et acetose et speciebus temperatꝭ. dimittēdo piper
et mltū acuta. Oia dultia dimittat ꝑ posse maxie q̄ excedūt in dulcedi
ne. q2 generāt humorē viscosum vt ait Galien⁹. Fruct⁹ oēs vitari dn̄t
nisi acerosi vt cerasa acria et malogranata. Sz loco fructuū vtat vno
coclearii coriādi ꝑparati siue cōfecti. et hec est medicina solēnis q̄ nullo

tpe debet omitti vt vult Auicenna in scdo Et vt breuiter dicā aceto vti in cibo et potu tpe pestilentie ꝛ nocumenti ipius assecuratio. a tota em̄ qualitate resistit hmōi corruptioni Potus sit vinū albū clarū pollitum ꝛ mediocris soporis seu pontici. non rubeum, neqꝫ fumosum. ꝛ potius eligat' vetus q̄ nouum. q2 magis exsiccat. ꝛ nouū non est cōplete digestū. Limphet' vinū aqua cocta infrigidata. Bibere aliquando in mane ꝛ parū de bona maluesia vel aliquo vino pontico vtile est cū vigeret calor. naturales spūs multiplicādo ꝛ supfluitates exsiccat.
☞ Tertio. Somnus diurn⁹ reprobat' in hoc tpe. post prandiū saltem. Et si dormiendum est. hoc sit parum ꝛ tarde a comestione remota corrigia et caltiamētis. ꝛ capite ꝛ collo bene eleuatis. a frigore p̄cauendo. ☞ Quarto. Tpe epidimie exercitiū fugiendū est in aere discooperto. q2 plus attrahit' de aere infecto. sed tantum pmitti' exercitiū aliquale in aere recluso habitatōis seu dom⁹ stomacho ieiuno. ꝛ pl⁹ laudat' qes quā exercitiū in h tpe. ☞ Quinto. Repletio saturitas ebrietas ingurgitatio mltiplicatio ferculoꝝ plongatio mēse quāuis omi tpe sint mala. pessima tn̄ i tpe pestilētie. Inanitio p̄cipue in h tpe mala. Expurgare cerebrū p nares ꝛ palatū ꝛ corp⁹ euacuare ab oib⁹ supfluitatib⁹ est bonū q̄ntū plus est possibile. ☞ Sexto. Coit⁹ ira ꝛ nimiū gaudiū similiter euitent'. ꝛ balnea nisi in extremitatib⁹. Corpora em̄ illa sunt pestilentie disposita i quib⁹ fit magna resolutio. vt homines abutētes coitu vel fluentes in balneis. ꝛ qui calefiūt labore vel magna ira. Et hec sint de sex reb⁹ innaturalib⁹. ꝛ de p̄seruatio dietali
☞ Medicina. Preseruatiua sumat' bis in septimana de bona tyriaca. ad quantitatē fabe cū vino albo aquatico vel lymphato. vel cū aq̄ acetose q̄d melius est. Uel sumat' puluis factus de radice tormentilla. Uel pul. seu pill'. formate ab auicen. ꝛ rasi hermon. Recipe aloe cicotrini. ʒ. i. mirre. croci. an̄. ʒ. semis. cū vino fiant et cū vino sumunt' ad quantitatē. ʒ. i. vel cū sirupo acetoso vel syrupo de ribes vl' aqua mēte Dicit' et est veꝝ q̄ omnis hō frequenter vtens his pillulis spetialiter in principio pestilentie euadet eā et non incurret: Ualent em̄ he pillule q2 resoluunt et exsiccant et sunt sine cura, et eaꝝ vsus frequentet' q2 nunq̄ꝫ fuit inuenta medicina cōpar ei. nec tā laudabilis et experta. et sumant' semel bis vel ter in septimana. Lapis bezar valet contra om̄e venenū. valet etiā bolus armenicus sumptus cū aceto vel aqua frigida in parua quātitate. similiter et terra sygillata. Electuariū dyātes valens ad timorosos tristes furiosos debiliū spirituū. cordiacis sincopisantib⁹ conualescentib⁹ cōueniens reliqueas humoꝝ nociuoꝝ ꝛ cibi corrupti venenosi potēter expellens a peste epidimali et aere venenoso necnon a febriū corruptione p̄seruat. ☞ Cura. Si vero morbus pestifer euenerit. aut est febris sola. vel cū apostemate. Si est febris sola. et venter non est laxus ꝓuocet' cuꝫ suppositorio vel clisteri post fiat fleubothomia de basilica. ꝛ parua quia in talib⁹ virtus est debilis ꝛ materia multū mala. et quādoqꝫ nō multa Et dieta teneatur vt in acutis quātū ad cibū ꝛ potū Uerūtamē licet in parua quantitate fre-

quentius debent eum aliquo confortari propter deperditionem spiri-tuū nā aliter pderent appetitum et illi qui viliter se hñt in cōmedēdo euadunt et viuūt vt ait auicen. in. iiij. Non debet patiens sustinere sitim sed in potu aliquid acetosum admisceatur. vt est vinum mala-granatoꝝ. sirupus de ribes. aqua acetose. succus limonum vel succus citri. Caueatur a forti medicina. quia frequenter tales per fluxum ven-tris moriuntur. Sed cassia fistula thamarindi: reub. viole. pruna ꝛ quā-doqꝫ clisteria possunt administrari: Semper medicus habeat mentē ad cōfortandum cor et illud pro alio remedio non postponatur. Confor-tetur ergo cum epithimatibus ad extra. et cuꝫ sirupis et alijs medica-minibus ad intra. in quibus omnibus sit infrigidatio et odoramentū vt sunt acetositas citri et pomoꝝ. et granata acetosa. campo · sandalis et similia. Electuarium dianthos de quo supra loquutum est admini-strator quia valde cōfortat. Valet etiā triasandali et diarodon abba-tis. Pauperes vero sumant succaram rosaceam cū aqua frigida et mo-dico aque rosacee. Abstineat patiens in balneo et potu aque calide tā-tū ab initio mortali quia multiplicat pestilentiam et calidū accidentale ac humidum: et appetitum deicit speciemqꝫ exalare facit. Similiter abstineat ab vsu brodioꝝ carniū habentium caliditatem et humidita-tem actu. nisi illa brodia rectificata fuerint cū agresta: vino de granatis aceto et similibus. Si autem cū febre est apostema. tunc fiat fleubotho-mia scōm exigentiam loci vbi sentitur dolor. Super locum apostema-tis non ponatur tiriaca. quia ipsa ꝓpellit venenum ante se. et sic faceret apostema pfundari. Apostemata nūqꝫ debēt repercuti: et ideo supra nō ponatur acetum. morella. plantago. et huiusmodi. sed ponantur attra-ctiua et maturatia emplastra. Si vero esset ignis psicus in quo non ap-paret tumor magnus. sed nigredo et cōbustio et cito dilatatur. fiat em-plastꝝ tale. Recipe malis granatoꝝ acetosoꝝ quantū volueris. frangā-tur et cum aceto coquantur. postea bene terantur. et totū extendatur super pannum vel alutam. et desuper applicetur postqꝫ apostema ru-tum erit. quia non est presentis speculationis. quodcunqꝫ sit illud. ma-nui cirurgicali dimittatur

☞ Explicit opus triptitum de salute corpꝰ editū: Bononie p dñm Guihelmū de salicet o medicine doctorem solēnissimū.

☞ Incipit tractatus qui intitulatur salus anime alias stabilimentum fidei catholice. editus per reuerendissimum patrem dominum Cardi-nalem de turrecremata ordinis predicatoruꝫ eximium sacre pagine do-ctorem. Et diuiditur in septem particulas ſm ꝙ ibi sunt septem ratio-nes seu argumenta efficacissima veritatē huius fidei stabilientia.

## ¶ Argumentum primum.

Ocet nos diuina scriptura. et cōsonat naturalis rō ac mora-lis doctrina ꝙ non est credendū omni spiritui. Et item ꝙ qui cito credit leuis fit corde eccle. xviij Ideoqꝫ ammone-mur probare spūs an ex deo sint. Proinde quo incōprehen-sibiliora atqꝫ altiora sūt que ꝓponuntur credenda: eo efficatiora debent

esse argumēta quibus illa credi oporteat. Hinc xp̄us docēs trinitatē
in diuinis atq; vnitatem cōsistere: asserensq; esse filiū dei et xp̄m in
lege promissum ac ꝓphetis. et sacrificia sacramentaq; nouam legem
cōdens: nō exegit a nobis vt solis ac nudis verbis suis crederemus.
sed varijs multisq; modis probauit se vera docere atq; asserere per
opa miraculosa et supnaturalia que fecit. de quibus dixit: Opera q̄
dedit mihi pater ꝑhibent testimoniū de me. Joh. x. Et rursus eodē
ca. Si mihi nō creditis operib⁹ credite. Itemq;. Si nō facio opera
patrꝫ mei nolite credere mihi. Et iteꝝ. Si opa nō fecissent in illis que
nullus alius fecit. peccatū non haberēt. Jo. 15. Unde et ipi aduersa
rij xp̄i infelices iudei stimulante inuidia dicebāt: Quid facimus: qꝛ
hic hō multa signa facit. Jo. 11. Alioq; in loco quidā eorum dicebāt:
Xp̄s cū venerit nūqd plura sig̃ faciet q̄ q̄ h facit. Jo. 7 Illud g̃ in pri
mis scire cōuenit q sicut hoīes vniuersi vni⁹ eiusdēq; sunt speciei ita
ad vnā eandemq; beatitudinē siue ad eundē vltimū finē saluificuꝫ
sunt creati. Hec autem beatitudo non est feda et brutalis voluptas
quā ꝑfidus in suo alcorhano machomet⁹ repromisit in paradiso ter
restri habendā: sed est clara et ꝑfecta visio deitatis fruitiā ineffabili-
ter delitiosa ac plenarie cōtemtiua et quietatiua omīs desiderij mē
tis create in paradiso celesti eternaliter possidēda. quā in euangelio
xp̄s docuit et repromisit. eiusq; euāgeliste atq; apostoli p̄dicauerūt
Quemadmodū igit totū gen⁹ humanū ad hanc beatitudinē ꝛ finē
vltimatū saluificū est creatū: sic oīm fideliū atq; electoꝝ. oportet esse
vnā et eandē fidē qua credant deū esse oīm creatorē iudicē ac remu-
neratorē Et fuit hec fides ab exordio mūdi a cūctis electis obseruata
Que tñ p temporꝝ successiones creuit et paulatim magꝭ magisq; ex
plicita fuit. Insup qꝛ beatitudine tāta priuatū fuit gen⁹ hūanū pri
moꝝ transgressione parētum. atq; p xp̄m ad eandē beatitudinē fue-
rat reparandū. Igit a mūdi principio necessariū fuit ad salutē habe
re fidē xp̄i explicite vel implicite. Que fides quia de supnaturalib⁹
est. per naturales nō potuit rōnes ꝓbari. sed pedetenti manifestata
est hoībus. Primo quidē p reuelatōes diuinas. per angelicas allo-
cutōes. p apparitōes supnas factas sanctis patriarchis atq; ꝓphe-
tis qui fuere a mūdi principio vsq; ad moisen. Deinde pleni⁹ facte
sunt moisi ac ꝓphetis veteris testamenti. et per eos manifestate sunt
fidelib; ceteris. Interea vt sciremꝰ talia diuinit⁹ esse reuelata viris
p̄cipuis attestatus est omp̄s deus verbis doctris vaticinijs et predi-
cationib; eorundē p copiosa et preclara miracula tāq; per supnatu-
ralia testimonia et argumēta diuina que sunt tāq; sigilla omīpoten
tis dei scripturis et verbis sanctoꝝ mirabiliter appensa. In talib;
em̄ vt pulchre ait Hilari⁹ que supra naturā sūt soli deo de seipso cre
dendū est. Itaq; fides ista vocat catholica. i. cōmunis siue genera-
lis. gñaliter em̄ inhesit cūctis dei electis a mūdi exordio tpeq; euan-
gelice legis fuit p vniuersum mundum predicata diffusa ac recepta

Habuit quoqȝ ab ipo mundi principio miracula signaqȝ gloriosa. Nempe in abel iusto sacrificante deo apparuit signū qn̄ venit ignis desursum sacrifitia eius cōsumens. Nā vbi trāslatio nostra hȝ. Respexit deus ad abel et ad munera ei⁹. Ge. 4. Alia trāslatio hȝ. Inflāmauit sup abel et sup munera ei⁹. Signū qd̄ posuit de⁹ in cain. trāslatio enoch in paradisum. gn̄ale diluuiū. magna stupēdaqȝ fuere miracula. Porro post diluuiū sanctis patrib⁹ Noe Sem Abraā Ysaac Jacob. ⁊ alijs multis frequēter ac generose apparuit ⁊ mirabilia fecit. Tandem p moisen in egipto multa magnaqȝ de⁹ fecit pdigia. p quē suā plebē israhediticā ab egiptioꝝ seruitute durissima liberauit deosqȝ eoꝝ impotētes ⁊ vanos abscōdit. Cōsequenter ꝓo p moisen legē dedit populo suo in mōte sinai nō sine magnis multisqȝ signis pdigijs atqȝ miraculis. Et q̄uis miracula p moisen facta satis abscondere̅t legē mosaicā esse diuinit⁹ datā. nihilomin⁹ postea per iosue aliosqȝ iudices ꝓphetas ac patriarchas durāte lege moisi q̄ plurima fecit de⁹ magna gloriosaqȝ miracula. et maiora q̄ p moisen facta erāt. Orāte em̄ et quasi iubēte iosue sol et luna stetere in medio celi immobiles spatio diei vni⁹. Josue. 10. Silr̄ isaia dn̄m inuocante sol retrocessit spatio. x. horaꝝ. et ꝓlongata fuit dies illa p horas. 20. Ysaie. 38. Deniqȝ q̄ potentes et gloriosi fuerint helias et helise⁹ ei⁹ discipulus. liber regū describit. Et breuiter donec ad xp̄i aduentum habuit popul⁹ iudeoꝝ certis tp̄ibus sub lege mosaica tūc currēte sanctos ꝓphetas aut dei amicos. signa quoqȝ anteq̄ miracula. Unde gloriātes cantabāt. Quāta audiuim⁹ et cognouim⁹ et pr̄es nostri annūciauerūt nobis. Et fuit quondā pplˀs ille multis donis ac priuilegijs diuinit⁹ adornat⁹ et pre cūctis pplis multipliciter sublimat⁹. Porro a tp̄e illo quo xp̄s mūdo apparere et illi pplo p̄dicare est dignatus. neminē habuerūt de plebe sua facientem miracula. nisi ipm̄met dn̄m iesum. et discipulos ei⁹. Quē cū crucifixissent eiusqȝ apostolos et discipulos abiecissent. ablata sunt ei⁹ vniuersa supnaturalia beneficia dei et priuilegia cōsueta gr̄a ꝓphetie et mirificatiōes: immo et tūc priuati sunt templo et vrbe regno et sacerdotio. sunt que in p̄sens mūdiuagi dispersi capti oppressi et cūctis hoibus miserabiliores effecti. Om̄is quoqȝ excellētia illa vaticinorū miraculoꝝ priuilegiorū et diuinoꝝ carismatū discipulis xp̄i abundātissime est collata. et per ipos ad populū credentem trāslata.

## Argumentum secundum.

Quāuis ea q̄ p ip̄m opatus est xp̄s suffitiant ad euangelice legis et fidei sancte ꝓbationē. tamē ex eis miraculis atqȝ doctrinis pauci iudeorū fuere conuersi. et qui ex illis cōuertebant paulopost xp̄o capto et crucifixo ita fuere turbati territi et deiecti q̄ a sua fide pariter corruerūt. nec xp̄m confiteri. nec coram iudeis apparere audebāt quousqȝ dn̄s iesus post suā resurrectōem ipis frequēter atqȝ euidēter

apparuit et in eorum presentia ascēdit motu proprio in celū sanctiq3 ange
li eis visibiliter apparebāt ac loquebant. Sicq3 quinquagesimo die
post suā resurrectōem xp̄s in visibili signo misit et infudit gloriosis
apostolis et q̄busdā alijs fidelib9 spm̄ sanctū. q̄ repente corda eorum di-
uini amoris ardore vehemētissime inflāmauit. omiq3 virtute reple-
uit ex alto. toti9 quoq3 sacre scripture notitiā abundātissime inspira-
uit. et oim liguarum sciam dedit. grām etiā prophetie efficatiāq3 signorum.
Itaq3 beatissimi illi apl'i desup cōfirmati vncti succensi subito pari-
ter eruperūt de suo cōclaui. sublataq3 omi formidine p̄dicarūt iudeis
feruētissime atq3 firmissime. constātissimeq3 atq3 intrepide affirma-
runt. Jesum nazarenū esse regem messiā in lege p̄missum ac prophetis.
Et q̄uis in veteri lege plurimi sancti multa magnaq3 fecere miracu-
la. tamē in euāgelica lege innumerabiliter plures multo plura z ma-
iora miracula signa et p̄digia perpetrarūt. quēadmodū sacre atq3
autētice contestātur historie.

## Argumentum tertium.

H Est. quod ea que in euāgelica credim9 lege scim9 a sanctis pro-
phetis ac patriarchis in lege nature. maxime vero in lege scripta mo-
saica ante tot secula esse prenūtiata prefigurata et descripta. Nempe
de xp̄i aduētu incarnatōe z natiuitate ex virgine gloriosa moises in
suis libris. dauid in ps̄. salomon in cāticis. isaias in multis capitulis
ieremias zacharias. aggeus copios[e] et clare prophetarūt. De loco quo-
q3 natiuitatis xp̄i propheta micheas. De certo vero sui aduētus tp̄e va-
ticinat9 est daniel. De ei9 passiōe isaias: dauid. ieremias. ozee. z alij
sunt prelocuti. Sed et de [illegible] veritate supradicti prophete clarissime
conscripserūt. Que omia eruditis in lege et prophetis certissime con-
stant. et in alijs tum p alios tū per nos editis tractatib9 sunt p̄bata.

## Argumentum quartum.

Est ista tā diuturna ac finalis derelictio iudeorum q̄ olim erāt peculi-
aris et carissim9 dei ppl's. Et quādo per idolatriā ac alijs modis tē-
pore veteris testamēti. grauiter offenderūt cōuenerūt castigari a deo
pergētes idolatras quorum potestati tradebant interdū. per vi. p. viij.
quādoq3 p annos. xviij. aut. xx. tandē per annos. xl. Cunq3 pecca-
sent grauissime tp̄e ieremie prophete. et ante p idolorum culturā et prophe-
tarum ac iustorum persecutōem atq3 occisionē p adulteria trāsgressionēq3
legis in augurijs sortilegijs diuinationib9 et magicis artib9. traditi
sunt hostibus suis. trāslati et capti per annos. lxx. Interea tn̄ missi
sunt eis multi sancti prophete et viri dei ad consolandū z instruendum
eos qui et liberatōem eorum futurā determinate prenuntiauerunt. Sed
postq̄ xp̄s ab eis occisus est. eiusq3 discipuli ab ipis oppressi et deie-
cti sunt nec penitere aut credere voluerunt. traditi sunt manib9 ro-
manorum et crudelissime deuastati occisi venūdati capti et p mūdū di-
spersi vsq3 in p̄sens per tot cētenaria annorum. vtpote plus q̄ p annos

M.cccc. Nec interim habuerūt ꝓphetas neq̨ miracula. nec templū nec regē. nec sacerdotiū. nec ꝓpriā terrā. Et hec oīa de eoꝝ infidelitate derelictōe desolatōe captiuitate induratōe obstinatione et miserijs a ꝓphet꞉ scim⁹ esse p̄dicata. oīa quoq̨ dilectōis et acceptatōis dei circa hoīes signa. cūcta dona priuilegia carismata miracula olim eis cōcessa ad populū xp̄ianū copiosissime nouim⁹ esse trāslata. Ex quib⁹ q̄z intuitu argumēti cōuersi sunt sepenūero plurimi iudeoꝝ ꝛ q̄dā eoꝝ q̄ttidie conuertunt. Nisi eīm iaz multo enormiorib⁹ essent inuoluti sceleribus quam antea vnq̨. non tamdiu neq̨ tam maxime essent a deo spreti derelicti posthabiti. p̄sertim cum nec interim coluerunt idola dieq̨ ac nocte clament ad deū pro consolatōe.

## Quinti argumenti prima pars

[P]Omni miraculo per xp̄m et suos discipulos facto maius et p̄stantius extat miraculū totius mundi cōuersio ad tam arduissima euangelicā legem et incōprehensibilem fidē sine violentia et armis. sine eloquentia astutijs calliditatib꞉ que humanis aut magicis artibus ad p̄dicationes et miracula paucoꝝ: et pauperū xp̄i discipulorum. Quāuis eīm iam plurima et maxima regna a fide xp̄i corruerint. p̄sertim per violentiam sarracenorū: tempoꝝ quoq̨ atq̨ hominū malitia exigentibus. vt asia affrica egiptus terra promissionis caldea ꝛ regna persaꝝ atq̨ medoꝝ palestina siria. multa quoq̨ alia. hec tamē regna omnia multis annis fuerūt xp̄iane religionis cultu ornata: Testes sunt veteres approbate historie. testes doctores scriptoresq̨ plurimi: testis et ip̄e doctrine vulgore et vite sanctimonia prestans beatus Jeronimus asserens in eo que scribit aduersus heluidium tractatu. ꝙ suo tp̄e totus in xp̄m credebat mundus.

## Argumenti quinti secunda pars.

[P]Est. ꝙ ab exordio p̄dicationis euangelice legis plebs xp̄iana habuit persecutōes et impugnatōes acerrimas valdeq̨ multas ab imperatoribus regibus et tirannis. a iudeis a ph̄is ab hereticis. et tamen inter hec oīa penalia mala. xp̄iana religio mag꞉ magisq̨ excreuit atq̨ p̄ualuit. et non nisi ope et virtute diuina et per excelsa ac preclara miracula. Sepissime nanq̨ visum est in vnius martiris occisione deum tot et tanta ostēdisse prodigia ꝙ .xx. xxx. aut .xl. milia increduloꝝ cōuertebant. Postea vero ꝓpter assidua prohdolor atq̨ enormia grādiaq̨ xp̄ianoꝝ scelera ꝑmissi sunt sarraceni et alij fidelibus aliquādo preualere.

## Argumentum sextum.

[P]Est veritas atq̨ certitudo verboꝝ legiferi nostri dn̄i iesu. q̄ ait. Celū et terra transibunt. verba aūt mea non transibunt. Lu. 21. Et iteꝝ. Amen dico vobis donec trāseat celū et terra iota vnū aut vn⁹ apex nō preteribit de lege donec oīa fiant. Matth. 5. Nempe vt ait preallegat⁹ Jeronimus Mendaces fatiunt vt ipsis quoq̨ vera

dicentibus non credatur. Ecōtra. veraces fatiūt vt eis in oībus prestetur fides. Multa aūt de aliīs et de seipō predixit dn̄s iesus. vt post e iherosolimitanā destructōem, iudaicā desolationē. suā a discipulo traditionē. captionē. illusionē: flagellatōem. crucifixionē. mortez. resurrectōem. ascensionē. spūssancti missionem. aduentumq̄ suuz in vltimū generale iuditiū. Que oīa preter hoc solū vltimū qd adhuc futuꝝ pendet cōtigisse ac vera fuisse certū atq̄ indubitatū est. Restat igit̄ vt qui tot ac tāta predicta ab eo futura, fecit esse preterita de hoc vno quod supest non sit aliquo pacto mētiturus. Quō em̄ mētietur veritas, aut quō facta dictꝫ cōpensare oīpotentia nō valebit. Quo modo inquā qui maiora fecit minora facere nō poterit. Maiꝰ siquidem est iudicatū ad mortē, mortuūq̄ resurgere a mortuis. q̄ viuum iudicare viuos et mortuos. Maius est hoīem celos ascendere. ad dextrā sedere virtutis dei, angelis imperare et toti celo. q̄ e celis descendere et solos hoīes demonesq̄ iudicare.

## Argumentum septimum.

Est perfectio euāgelice legis et sanctitas vite quā xp̄s sanctoꝝ oīm sanctissimus in euāgelio docuit. Perfectōem nāq̄ et sanctitatē cōstituit in feruēti pura ⁊ plena deitatis dilectione. Dedit quoq̄ auxilia aptissima perueniēdi ad talē dei dilectōem. docēdo omnia illa vitari ac deseri que sunt impeditiua spiritalis profectus ⁊ incrementi diuini amoris. vt sunt tp̄ales diuitie. carnales delitie. mūdani honores, ꝓprie volūtatis libertas. impatientia. rācor. inuidia. torpor. otium. negligētia. gula. Et breuiter exemplo et verbis docuit ꝓprium et priuatū amorem extinguere. deumq̄ toto diligere corde et seipm̄ pure in deo ita vt oīa illa amplectamur et acceptemus que nob̄ accōmoda sunt ad cōplacendū altissimo ad profitiendū in caritate et gratia eius, oīq̄ virtute ad delendū nostra peccata. ad satisfatiendū pro eis atq̄ ad conformandū nos ꝑ posse sue sanctissime passiōi. Sicq̄ in oīi aduersitate tribulatōe iniuria pauptate castigatiōeq̄ corpis gloriemur, in oīi correptione correctione, aspernatōe derisiōe velut in omnibus diuitiīs gratulemur. omnipotentiq̄ regratiemur Odientes nos diligamus persequentibus benefatiamꝰ nec malū reddamus ꝑ malo. sed potius in bono malo vincamꝰ. Nostra bonitate caritate pietate humilitate patiētia māsuetudine beneficētia. alioꝝ malitiā inuidiā crudelitatē superbiā impatientiā iracūdiā iniuriam superemus et extirpare conemur. Ecce habes ex xp̄i euāgelio omne offitiū mediū scꝫ et perfectū. de quibꝰ et a tullio et a beato ambrosio in libro offitioꝝ scriptū est. Legimus em̄ in euāgelio adolescenti cuidā dixisse dn̄m. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Dixit ille. Que? Jesus aūt ait illi Non homicidiū faties non adulterabis. non furtū faties. non falsum testimoniū dices, honora patrē et matrez et diliges proximū sicut teipm̄. Hec sunt media offitia qbꝫ aliqd deest

Dixit illi adolescēs. Oia hec custodiui a iuuētute mea. Uēde oia bona tua et da pauperibꝫ. et habebis thesaurū in celo. ꝛ veni et sequere me. Et supra habes scriptum vbi diligendos inimicos et orandum dicit pro calumniantibꝫ et persequentibus nos ꝛ benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus si velimus perfecti esse sicut pater noster qui est in celis. Qui super bonos ꝛ malos solem iubet radios suos effundere. et pluuiam et rorē terras vniuersoꝝ sine vlla discretōe pinguescere. Hoc est ergo pfectū offitiū qd carthorthoma dixerūt greci. quo corrigunt que aliquos defect⁹ potuerūt hre. vt ait btūs Ambrosi⁹. Et ecce qui ista pfecta euāgelij cōsilia adimpleuerūt fulgēt miraculis. clarēt signis. et exaudiunt copiose a deo atq̧ a carismatibꝫ spūssancti replent. Quātoq̧ supradictā pfecti⁹ atq̧ excellenti⁹ obseruauerūt. tāto clarioribꝫ fulsere miraculis. nō solū in vita sua ꝛ morte. sed itē post mortē ꝛ qui eoꝝ implorauere suffragia celitus exauditi sunt. Talis abscōdit de⁹ esse suos amicos dilectissimos. ad eoꝝ postulatōes fatiens magnanimis atq̧ innumerabilia signa atq̧ miracula Ipis rogantibꝫ immutauit motū celestiū corpoꝝ. mortuos suscitauit q̄plurimos. et a natiuitate cecos claudos surdos mutos fecit videntes ambulātes audiētes loquētes. leprosos quoq̧ et alios irremediabilibꝫ egritudibꝫ laborātes curauit Nō docuit xp̄us in euāgelio vt scelerat⁹ et perfid⁹ in alchorano suo machomet⁹ q̧ fideles reddāt malū p malo easdemq̧ iniurias molestias lesiōes inferāt alijs q̄s patiunt ab illis. Nec eos etiā qui ita vlciscunt mirificat deus p sua opa miraculosa. sicut nec in lege machometi tales vnq̄ miraculis claruerūt. Postremo etsi ea que credim⁹ seorsum accepta valde sint incomphensibilia ꝛ mirāda immo interdū irrationabilia aliquibꝫ videant. tn̄ dū oīa comportant ac inuicē compant. atq̧ cū suis argumētis et rōnibus assumunt tūc plane inueniunt pulcerrimā hre cōnexionē. et rōnabilissima esse. ac mutuo sapientissime cōcordare. Nunc ergo nūc pariter grās deo referam⁹ oēs qui de tenebris nos vocare est dignat⁹ in admirabile lumē suū. qui de lumine fidei ad lucē beatifice visiōis nos simul dignet perducere. ad laudē et glīam nominis sui in eternū benedicti. Amen.

Explicit tractatus de salute anime. Editus per reuerendissimū patrē dn̄m Cardinalem de turre cremata: ordinis predicatoꝝ. eximiū sacre pagine professorē. Anno dn̄i. M.cccc.xcv. Impressum Lyptzk per Baccalariū wolfgangū de Monaco.

[12] p.